

## Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 86

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 184.

84.

Cod. LXXXVI. n. 1. 2.

## Cod. LXXXVI.

Cartac. 8. min. Sec. 15.

Casus poenitentiales.

1a-13b

*L*  
 Casus poenitentiales de injungenda poenitentibus satisfactione. Incipit: "Que poenitentia pro peccatis singulis injungenda." Agitur in eodem compendio de excommunicatione; et utrum fratrum Praedicatoribus, et Minoribus liceat audire confessiones. Totum videtur compilatio ex opere superioris. Proffio Bibl. Mellic. pag. 42. hujus opusculi author videtur Thomas de Hibernia.

S. Thomae Aquinatis  
 Tract. de Confessionibus, et Confitentibus.  
 14a-38b

14a-38b

*L*  
 S. Thomae Aquinatis Tractatus de Confessionibus, et Confitentibus, de casibus Papalibus, et Episcopalibus, ac eorum dispensationibus, et absolutionibus. Incipit: "In nomine Domini amen." Super verbo eximii prophetae David: "Quaestio prima est: Utrum papa possit absolvere ab omni pena, et ab omni culpa." In fine: "Et sic est finis tractatus S. Thomae."

## Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 86

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 185.

Cod. LXXXVI. n. 5.

185

thome de aquino de confessoribus et  
 Pagina autem praecedente sequentia le-  
 guntur: "Ei igitur laus honor benedictio  
 et gloria qui sapere dat et intelligere ac  
 talem formam penitentie salubriter dis-  
 cuitere, qui est trinus, et unus in secula  
 benedictus, Et dicant singuli amen, ac  
 est finis in die marie magdalene qui  
 facti pro tunc feria III Anno MCCCXX.  
 Deo gratias! Totum hoc opusculum  
 compilationem potius dixeris, quam ge-  
 nuinum S. Thomae factum, cuius eti-  
 am inter opera a Quetif non numera-  
 tur. De eodem opusc: vid. Cod. CXLII n. 4.

B

Duodecim Sententiae de sacrificio Mis-  
 sae ex scriptis S. Patrum deceptae.  
 spuriae sunt, et nullius momenti. V. g:  
 S. Augustinus fertur dixisse: "Inter-  
 vim, quod homo audit missam, non se-  
 nescit!"

Sententia S.  
 Pat. de Sacrifi-  
 cicio Missae.

40a-40b

## Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 86

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 186.

786.

Cod. LXXXVI. n. 4. 5.

4

Nicolai de  
Grätz Sermones  
de Eucharistia,  
et pass: Domini.

41a-64r

Nicolai de Grätz Sermones duo, primus est de sumptione s. Eucharistiae, et incipit: "Ma-  
ster sancte Ecclesie statuit ut Christianus sumat  
Eucharistiam". Alter est de passione Domi-  
ni multo prolixior, qui incipit: "licet qui-  
libet homo a deo innumera receperit bene-  
ficia". Habitus est hic sermo Viennae die  
Larasienses. Uterque tum ab initio, tum  
in fine tribuitur Magistro Nicolao de  
Grätz felicis recollectionis.

Nicolaus de Grätz Canonicus Viennensis,  
Rector ibidem reipublicae litterariae obi-  
it circa annum 1439. Vide Appeltner  
Script. Univers. Vienn. loc. I p. III, quem  
tamen sermones nostri fugerunt.

5

Nicolai de  
Dunkelbühl  
Tract. de ora-  
tione dominica.

65a-140r

Nicolai de Dunkelbühl Tractatus de  
oratione dominica. Constat 2 amplis  
sermonibus, quorum primus incipit: "Si  
quid petieritis Patrem etc". Notat Hoff-  
in Biblioth. Mellicensi p. 173 hos ser-  
mones a Joanne de Weylheim metricis  
esse redditos. In fine legitur: "Cest fi-  
nis hujus orationis dominice Rev. Mag:  
Nicol: dunkelbühl felic: record: ann 82  
in Gotwico feria V<sup>ta</sup> ante Bartoloy.

## Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 86

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 187.

Cod. LXXXVI. n. 6-8.

187.

6

Eiusdem Sermo  
de Assumptione  
B. V. M.

141a-153a

Eiusdem Sermo de Assumptione B. V. Mariae,  
cujus initium: Cui se humiliat exaltabitur  
Et Quia thema nostrum loquitur. Vide  
Kropf: Bibl. Mellic: pag. 176.

7

De Praedestinat.

153b-155b

De Praedestinatione. Titulum praesert:  
" Super illam clausulam quem vult indu,  
" rat cuius vult miseretur." Incipit: "Huc  
p. go de S. Victore dicit super illam claus  
sulam". Totum responsum videtur desum  
tum ex sermone Hugonis de S. Vict. qui  
incipit: "Quare, inquis, damnatur."

8

De Salve Re  
gina.

155b-156a

De Salve Regina, cur coeteris carmini  
bus de B. Virgine praefertur? Inci  
pit: "Nota quare illa antiph. praefertur  
etis" etc. Quingue adducuntur rationes  
ex Magistro quodam Francisco, qui procul  
dubio est Franciscus de Petta auctoritas  
tatus Super Salve Regina. Vide Cunctif  
T. I. p. 775.

## Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 86

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 188.

f. 88.

Cod. LXXXVI. n. 9-11.

De Praescientia  
156b-159v

I

De Praescientia divina. Incipit: "Circa  
secundum scilicet dei praescientiam."  
Videtur pars quaestionis de Praedestinatione  
ante supra n. 7. relatae.

II

Salve Regina  
germanic:  
159v

Antiphona Salve Regina, idiomate germanico.  
Incipit: "Begruest seist du  
mutter" etc.

III

Speculum Sa-  
cerdotum.  
160a-258a

Speculum sacerdotum. Initium: "In  
nomine domini amen. Apparuit enim  
gloria dei et gratia etc. Jesus Christus licet  
omnibus hominibus." Finis: "Pulchrum de-  
i. pinxi praedicatorem ego ipse praedica-  
tor fetidior universis, o Jesu propter  
pro cito veni. Et sic est finis hujus  
tractatus de quo sine deus gloriosus  
in altissimis sit benedictus amen  
Anno dom. M. CCCC. 92 feria quinta  
ante festum margarete." Auctorempe-  
culi sacerdotum, quod etiam Manuale di-  
citur exhibet Tritheimius, ea illo Cofins-  
gerus in Bibl. Augustin. pag 817. Her-  
mannum de Schilda Westphalum Cod.

## Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 86

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 189.

Cod. LXXXVI. n. 51.

f. 89.

Fr. Eremitarum S. August.: qui obiit 1357.  
 Codex hic Ms: inter raro occurrentes nu-  
 merandus. Kraus / Umständlich vñ,  
 Symf. Rom. / pag. 184 ex Bibliotheca  
 Tyrnsteinerse Codic. Ms: producit: Her-  
 manni de Campo, Westphali, Speculum  
 Sacerdotum. Verum nostrum an sit, nec-  
 ne, adhuc ignoro; imo nec Trithemius  
 c: 792, nec Viridius Biblioth. Cisterci-  
 p: 146 Hermannus de Campo Speculum  
 tribuunt. Floruit autem Hermannus  
 de Campo, Ord. Cisterc: circa annum 1440.  
 Fabric: Bibl. med: & inf: lat. 3T. p. 236. (c)

© Vid. Codicem  
 CCLXII. n. 57

## Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 86

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: [manuscripta.at](https://manuscripta.at) -  
Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken

Permalink: [manuscripta.at/?ID=27424](https://manuscripta.at/?ID=27424)

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:

[OLIVER](#) - Online manuscript description (HMML)